

vesiculososo marginali repletis levibus siccitate reticulationem alicujus Hepaticae imitantibus. Fructificatio ignota.

Patria. Peninsula Tschutschica, St. Lorenz-Bai in Tundra muscosa cum *Hypno scorpioides*.

Diese Art weicht etwa so von *M. tristicha* ab, wie *Bartramia cal-carea* von *B. fontana*, nur mit dem Unterschiede, dass unsere Meesea zugleich der Superlativ der *M. tristicha* nach Wuchs und Zellnetz ist. In beiderlei Beziehung erhält das merkwürdige Moos ein so ganz anderes Aussehen, dass ich nicht wagte, es als Abart einfach zu *M. tristicha* zu stellen, sondern es als eigene Art so lange ansehe, bis nicht bewiesen wird, dass es an Ort und Stelle in *M. tristicha* übergeht.

19. *Bartramia (Vaginella) macro-subulata* n. sp.; *synoica*; cespites elatiusculi suprapollicares luride virentes densi rigidi; caulis gracilis superne in ramulos strictiusculos appressiusculos binos divisus; folia caulina dense imbricata summitatem surculi subpenicillatam sistentia, madore parum patula difficile dissolventia, e basi breviter vaginata luride pallida laxius reticulata superne dilatata lanceolato-subulata acutata apicem versus serrulata opaca scabro-papillosa; perich. similia longiora angustiora magis diaphana; omnia nervo latiusculo canaliculato percursa; theca in ped. breviusculo rubro glabro erecta majuscula perfecte globosa levis nec plicata glaberrima nitida pallide fuscata leptoderma gymnostoma, operculo minuto conico.

Patria. Peninsula Tschutschica, Emmahafen, Aug. 1881.

*B. subulatae* similis, sed statura multo altiore robustiore, theca multo majore sphaerica levissima perfecte gymnostoma jam certe distincta, tenella species.

Diese schöne Art nimmt mit der Schlankheit der *B. subulata* die stattlichere Statur der *B. stricta* an und zeichnet sich besonders durch die relativ grossen, völlig glatten, kaum in der Jugend oder im Alter etwas gefalteten, glänzenden Früchte aus.

20. *Bartramia (Vaginella) Krauseana* n. sp.; *synoica*; habitus et statura *Bartramiae subulatae*, sed folia multo robustiora e basi longiuscula elongate laxe reticulata apice dilatata et quadrate areolata in laminam robustiorem latiore producta, nervo latiore percursa; theca in pedunculo perbrevis valde flexuoso rubro erecta, sed distincte curvato-ovalis, peristomio simplici, cujus dentes anguste lanceolati vix subulati fuscati distincte articulati ad summitatem plus minus adhaerentes.

Patria. Peninsula Tschutschica, St. Lorenz-Bai 1881.

*B. subulata* simillima primo intuitu differt: foliis minoribus tenerioribus minus laxe reticulatis et basi superiore nec dilatatis et theca erecta nec curvata distinctius sulcata gymnostoma.

21. *Barbula (Eubarbula) leptopyxis* n. sp.; laxe cespitosa pusilla tenella fusco-lutescens; caulis perbrevis paucifolius innovando ramulis brevibus gracillimis lateralibus pluribus congregatus; folia caulina laxe patula e basi oblongata aequali laxissime reticulata tenera pellucidissima vel dilute fuscata ovato-acuminata, concava, nervo calloso carinato in aristam flavidam strictam vel flexuosam parce denticulatam longiusculam vel brevioram producta, margine integerrimo usque ad acumen folii revoluto, cellulis diaphanis pellucidis distinctis glaberrimis parvis hexagonis leptodermis; folia innovationum strictiora breviora